





1674.

1. Höltich, Franc. Henr.: De jure.
2. Höltich, Franc. Henr.: Executores Testamenti
a. b. 2 Sumpl.
3. Höltich, Franc. Henr.: Judicium inter parentes
et literos.
4. Leizer, Wilhelm: De constitutione Romani
Imperatoris.
5. Leizer, Wilhelm: De obsequiis, quae ex mortuis
ortur.
6. Martini, Werner Theodor: De jure civitatis Romanae
ante Justiniani tempora, vel sub regibus, vel
in principibus liberae resp., vel imperatoribus con.
dito.
7. Martini, Werner Theodor: De praemortibus.
a. immominatis
8. Neger, Joachim: De contractibus ~~immominatis~~
86 Negerus, Joachim: De contractibus quatuor realibus.
8. Reinhard, Johann: Notae Marginales sacrorum.
Chromii, Prophetiarum, Haphtarum dictarum
9. Schurzfleisch, Konrad Samuel: De Marchia An.
nensi.
10. Straussius, Godofredus: De crimine majestatis
vindicans.

11. Strausus, Godofredus: De jure venandi
12. Wendeler, David: De obligatione juramen-
torum.
13. Ziegler, Kaspar: De jure venandi
1675. 16. Green, Georgius: De rebus Herodis Mo.
16. Hamburger Georgius Ludovicus: De rebus Hero-
dis Mo.
1. Keller, Andreas: De rebellibus
2. Martini, Werner Theodor: De comestudie
3. Martini, Werner Theodor: Questiones aliquot
et theses maxime controversae.
4. Martini, Werner Theodor: De servitutibus
5. Martini, Werner Theodor: De tertamento pater-
no minus solenni.
5. Naevis, Joh. Carl: De terminis legalibus
6. Naevis, Joh. Carl: De donatione in genere.
7. Naevis, Joh. Carl: De terminis legalibus.
8. Roehrensen, Christian: De obligatione civis
erga civitatem.
9. Roehrensen, Christian: De callidis hostium
9. Schurzfleisch, Conradus: De Hostio Leone.

1675

10. Straus, Godofredus: lecturis salutem plurimum dicit.
11. Straus, Godofredus: De jure vitis.
12. Straus, Godofredus: Responsatoris juridici IV.
libr IX. tit. u. 2. ubi de Noxia animalium et lege Aquilia, selectiores quaedam Leges.
- 13^a b. Straus, Godofredus: Mortalis in aug.
ad l. acceptam 19 C. de usu. 2. Exempl.
- 14^a b. Straus, Godofredus: De jure expectatione
von dem Anwartsungs-Rechte 2. Exempl.
- 15^a b. Straus, Godofredus: De Advocatis
2. Exempl.
16. Straus, Godofredus: De pecunia numerata
in locutionis conductionis contractu necessaria.
17. Ziegler, Kasper: De juribus fluminum publi-
corum, pontium et pontonum.
18. Ziegler, Kasper: De Senatus Consulto Macedonianis.



1750,

25 1.

D. A.
Exercitium Juridicum
De

1675^u 5^a

Testamento Pater- no minus solenni,

quod
Consensu Inclyti JCrorum ordinis, in celeberrima
Wittebergensi Academia,

(8 1/2)

SUB PRÆSIDIO
VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi, atq;
Excellentissimi*


DN. WERNERI THEODORI MARTINI,

JCti & Antecessoris Celeberrimi, Serenissimi Electoris
Saxoniae in Supremo Appellationum judicio Consilarii splendidis-
simi, Curiae Provincialis, Consistorii Ecclesiastici, Scabinatus & Facultatis
Juridicae, nec non Judicii Ducalis in Marchionatu Lusatiae inferio-
ris Assessoris Gravissimi, DECANI h. t. spectabilis,
Patroni atq; Promotoris Sui Maximi,

publicè ventilandum exhibet

SAMUEL Zind / Dresdensis.

Ad diem XXVIII. August. Loco horisq; solitis.



WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M DC LXXV.



Inclytæ Reipublicæ Dresdensis
PATRIBUS,

VIRIS

Magnifico, Nobilissimis, Amplissimis, Consul-
tissimis, Prudentissimis,

DOMINIS

CONSULIBUS,
SYNDICO &
SENATORIBUS,

PATRONIS OPTIMIS,

hoc

Exercitium Juridicum

In

Debite observantiae fidem exhibere
voluit

Obsequentissimus

SAMUEL ZINCK.


Corollarium.

Conradinus ex Familia Ducum
Sveviæ ultimus, Chirotecæ pro-
jectione tanquam signo hære-
dem Regni Siciliae instituit Frideri-
cum Castellatum, quod verum ju-
ris effectum habuit, atque eo modo
Regnum Siciliae ad Castellanos atque
Arragonios est translatum. vid. Pan-
dulphus Hist. Neapolit. Lib. 4. Cru-
sius Lib. II. Part. III. Cap. 19. quan-
quam in historiae fidem impingit Mar-
tinus Zeilerus, qui in Chron. Sve-
vic. ad annum 1269. tradit, Con-
radi-

radinum Annulo ex manu detra-
cto tanquam eo symbolo hæredem
instituisse. Sed in narratione facti
aberrat, constat enim Conradinum,
à Carolo Andegayensi victum,
annulo statim privatum
fuisse.



PROCEMIUM.



Accipe B.L. exercitium Juridicum in praxi maximè decantatum, Testamentum minus solenne Paternum. Quod ut vulgare, ita tamen difficile est, non ob ejus minus solennia, sed varia in iis occurrentia dubia, quæ sæpissimè nullum ac invalidum illud reddunt. Non nego, multos de hoc extare tractatus, nec meliora, quam magni scripserunt viri, me prolaturum esse glorior. Verum cum viderim, commune illud proverbium: Nihil dici potest, quod non dictum sit prius; ubiqve in jure nostro locum ob-

A tine-

tinere; Thema hoc elegi, Lapidēs & Ligna, ut vir quidam prudentissimus ait: ab aliis accepi, ædificiū tamen exstructio & forma qualiscunqve externa mea est, Architectus ego fui, sed materiam variè & undiqve conduxī. Aranearum textura ideò non melior, quia ex se fila gignunt, nec meus vilior, quia ex alienis libavi, instar apum. Dicant alii quid velint, fateor ea esse, quæ tam in publicis quam privatis Lectionibus & domestico studio didici. Contentus ero, si modo præstiterim, quæ Patroni mei desiderant, cæteros non curo. Theses insuper addidi, quæ brevitatis causa, observando veram disputationis Methodum, explicare nolui. Vale B.L.

& fave.

CAP. I.


CAPUT I.

De

Testamento in genere, ejusq;

Etymologia, Origine, Definitione atqve
Divisione.

Num. I.

 Estamentum à verbo Testari & mente
oriri *pr. Inst. de Test. ord. communis* Jctio-
rum est sententia, licet horum quidam,
nomen Philologi adfectantes contrarium statu-
ant, illamqve Etymologiam fictam notationem
nominis seu allusionem quandam vocabuli esse
dicant, nitentes authoritate Aul. Gell. L. 6. Noct.
Attic. c. 12. & Laur. Vallæ L. 6. Eleg. cap. 26. & ita
Testamentum simplicem esse vocem malint, or-
tam à Testari: Verum hanc litem illis relinquo. Est
enim Jctio, res potius & earum convenientiam,
quam literas & syllabas spectare. *Argt. l. 1. D. de ac-
quir. poss. L. 1. D. de Novat. & deleg.* Retinebo
itaqve eam, atq; juridicam hanc Etymologiam u-
surpabo, adjutore Manz. in *Inst. de Test. Ord.*

A 2

quia

quia Testamentum habet Testimonium mentis defuncti, & ita declarat ultimam testantis voluntatem atq; mentem.

NUM. II.

Testamenti nomine Codicillos pariter, Legata, aliasq; ultimas voluntates comprehendit. *l. 9. 18. § 32. D. de Mort. Caus. Donat.* Non solum ex generali hoc nomine, sed & ex rationis identitate, quæ eandem fermè juris dispositionem admittit, satis patet. *l. ult. C. ad Leg. Falc.*

NUM. III.

Hic controversia moveri posset de Testamenti origine. Num juris naturæ sit aut gentium? Illud plane quidam negant, hoc de quibusdam saltem gentibus adfirmant; dicentes: hoc constare exemplo nostrorum majorum, apud quos nec vestigium facti Testamenti deprehenditur. De Atheniensibus & aliis, æq; liquidum est. Illud ex eo deducunt, quod jus naturæ neque sciat sibi relictum, neq; disponat de jure faciendi Testamenti. Ego Carpzovii adhæreo sententiæ, dicentis: De jure gentium imo & naturali unusquisque de rebus

bus

bus suis disponere potest per ultimam voluntatem, sicut vigore eorundem celebrari queunt permutationes, aliiq; contractus. De jure vero Civili hoc vel illo solummodo, & cum hac vel illa solennitate, & non aliter per ultimam voluntatem disponitur, juxta leges particulares cujusq; Reipubl. Jurispr. For. Rom. Sax. P. III. C. III. Def. 19. n. 2. & 3.

NUM. IV.

Definitur verò Testamentum, quod sit voluntatis nostræ justa Sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. *l. 1. D. Qui Test. fac. poss.* Hæc communis Jurisprudentum definitio, quam tamen Testamentis minus solennibus convenire alii negant, obstante vocabulo JUSTA, quod variè accipiunt, partim pro firma validaq; , partim pro perfecta atq; solenni, partim pro plena atq; integra, partim pro legitima aliisq; pluribus vocabulum hoc torquent. Struvius in Jurispr. Rom. Germ. Tit. de Testam. n. IV. vocabulum JUSTAM secundum juris Civilis regulas ordinatam explicat. addit *l. 4. D. qui Test. fac. poss.* Cum quo

consentit Carpz. d. Const. Def. 9. n. 9. Quod si rectè nunc attendatur hæc explicatio, & tam solennibus quam minus solennibus addi potest. Ea ex ratione, quia non omnibus eximantur regulis Juris Civilis ad solennia pertinentibus minus solennia, licet magnis privilegiis ab Imperat. sint ornata, de quibus in sequentibus. Stabit itaque hoc loco communis Canon. quod convenit generi, convenit quoque speciei ejusdem generis.

NUM. V.

Varia nunc dari Testamentorum genera constat; Clarior res fiet, observatâ primum distinctione Temporum Antiquorum & hodiernorum. Ideò etiam, quia ex antiquis illis Testamentis profluunt solennitates hodiernorum Testamentorum. Triplex autem Testamentum erat apud Antiquos Romanos. (1.) Testamentum, quod Calatis Comitibus fiebat, & quidem in anno bis. (2.) Testamentum Procinctum, seu in Procinctu; cum viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur; quoniam itaque incertum erat, an redituri essent, nuncupabat Testator miles hæredem coram
com.

commilitonibus suis. Hisce duobus; præprimis
eò, quod Calatis Comitibus fiebat, abrogatis, læpè
enim eveniebat, ut aliqui, licet maximè vellent,
Testamentum facere non possent. Et ut non-
nulli, subitaneo morbo correpti, intestati coge-
rentur decedere. Idem fermè erat de Testa-
mento Procincto, quia vel bellum non semper e-
rat, nec Testator miles; Inventum itaque (3.) Te-
stamentum per æs & libram quod omni tempore,
tam belli quam pacis, omnibusq; personis aptum
idoneumq; erat. Et hoc testandi genus paulatim
in usu esse desiit; quippè Pactum de futura succes-
sione, votum quasi captandæ mortis inducens,
non valet. *l. Stipul. 61. D. de V. O.* Nam cum idem
homo & familiæ Emptor & Hæres esset, pro certo
habens se hæredem futurum, in Dominum hæ-
reditatis insidias comparabat, ut tantò maturius
atqve citius hanc posset adire. Sic itaque Emptio
hæc erat contra bonos mores, nec successio pactis
obstringi poterat. *l. 4. C. de Inut. Stipul.* In locum
itaq; horum trium Civilium substituebatur Te-
stamentum Prætorium, quod verò, cum summa
rerum

rerum ad Imperatores perveniret, paulatim concidere incipiebat. vid. de his omnibus, Carpzov. Ziegl. Struv. aliiq;.

Num. VI.

Antiquis itaque Testamentorum generibus breviter expositis subjungenda hodierna, quæ ex triplici jure, Civili, Prætorio & Constitutionibus Principum sunt collecta. Ea sunt vel solennia vel minus solennia; utraq; vel Nuncupativa vel Scripta. Illa solennia gaudent certis requisitis atque solennitatibus, quorum uno deficiente, invalidum atque nullum redditur Testamentum. Huc refertur & Testamentum coram Principe factum, aut cum alicujus ultima voluntas precibus, nullâ adhibitâ solennitate, Principi est oblata, ut ejus fide & autoritate sustineatur, quæ arg. *l. 19. C. de Testam.* vim solennium Testamentorum habent.

Minus solennium Testamentorum varia sunt genera; Præcipua verò & frequentissima hæc: (1.) Testamentum Militis *l. 15. C. de Testam. Mil.* (2.) Testamentum Rusticorum seu ruri degentium *L. fin. C.*

fin. C. de Testam. (3.) Testamentum tempore pe-
ctis confectum; ubi & foeminae, si masculi reperi-
ri nequeant, admittuntur, quæ aliàs Teste Carpz.
dicta Jurispr. P. III. Const. IV. d. 6. & in aliis pri-
vilegiatis Testamentis, quæ citra solennitatem
sunt, Testes idoneæ habentur. (4) Testamentum
ad Pias Causas *cap. relatum est 11. ext. de Testam.
& ult. Volunt.* (5.) Testamentum Paternum inter
liberos, cujus laxiorem explicationem dabunt se-
quentia.

CAPUT II.

De

Personis Testamenti Paterni.

Num. I.

ANtequam personas ipsas aggredior, (omissâ
vanâ illâ quorundam controversiâ de Testa-
menti hujus Paterni inscriptione, quippè com-
munis Canon: à potiori semper denominationē
fieri, satisfacit,) more solenni præferendas esse ju-
dico & Definitionem & Divisionem. Illam dabit
L. 1. D. qui Testam. fac. poss. Nempe quod Testa-
mentum

B

mentum

mentum minus solenne Patetnum voluntatis Patris iusta sit sententia de eo, quod is post mortem suam fieri velit. Quam definitionem licet plurimi litigantium Jctorum non concedant, sequens tamen caput, mediante canone in n. 4. prioris capituli dato, firmam validamq; illam reddet. Duo autem, perinde ut alterius, nempe solennis testamenti, sunt genera; aut scriptum aut non scriptum seu nuncupativum. Illud aut à testatore totum scriptum, aut voluntate ipsius ab alio scriptum, ab ipso testatore vero subscriptum, quâ subscriptione dilucidè testator suum testamentum profiteatur. *Nov. 107. Cap. 1. in fine.* Hoc præsentibus testibus & quidem duobus peragitur, hiq; sufficiunt, non quod ad solennitatem, sed ad probationem requirantur, *l. 12. D. de Testibus, cum qua consentit l. 1. in fin. d. t.* In ore enim duorum vel trium testium stat omne Verbum. Hic quasi distinctio quædam adhuc observanda venit in Test. Nuncupativo: Aliud enim in scripturam planè non redigitur, sed simpliciter ultima testatoris voluntas statur notitiæ testium: Aliud in
Scri-

Scripturam redigitur, Testamenti tamen Nuncu-
pativi nomen retinet, non obstante Scripturâ, quæ
plenam tantum mortuis testibus fidem facit, etsi
Testes adhuc in vivis sunt, ideò fit, ut eo melius
saltem probetur, & ne testes jurare cogantur.

Num. II.

Nunc ad personas tam testantium quam te-
statarum, ut ita dicam, seu potius hæredum, de
his in Capite ultimo, de illis sequentia. Videtur au-
tem in communi vi quarundam legum, omnibus
testandi facultatem licitam esse, & ita nullo modo
quis obstringi possit, ut testamentum non faciat.
Dum Imperator Constantinus in *l. 1. C. de SS.
Eccles.* ita ait: Nihil est, quod magis hominibus de-
betur, quam ut supremæ voluntatis liber sit stylus,
& licitum, quod iterum non redit, arbitrium. Be-
nè tamen hîc observanda sunt quædam adhæc
verba: Liber sit stylus, quæ tradit *Nov. 22. C. 2.*
Nempe disponat ita unus quisq; super suis, ut di-
gnum est, & sit lex ejus voluntas. Quæ dicta ver-
ba, licet nullam in se continere exceptionem pla-
nè videantur, sunt tamen non pauca Exceptiones

B 2

imo

imo tales ob quas planè Testamenta condere nō est
permissum. *pr. Inst. quib. non est perm. fac. Test.*

Num. III.

Possunt autem & Pater & Mater testari, *l. Hac Consultiss. 21. §. ex Imperf. 1. C. de Testam.* sive illustres sive plebeji, Iique vel majoris vel minoris conditionis, in genere omnes parentes, cuiuscunque status. Primò quidem ad matres hoc privilegium non fuisse extensum multi tradunt, idque probare volunt ex *Nov. 107. pr.* in qua extensio demum facta sit in matrem. Verum quicquid sit, sufficit quod testentur sive solenniter sive minus solenniter. Matris enim hæreditas non minus quàm Patris debetur liberis, adeoque eodem favore digni censentur liberi sive mater sive pater inter eos testetur: *l. 7. in pr. D. de bon. damn.* Ita responderunt Scabini Lipsienses in causa Catharinæ uxoris M. Wolffgangi Pragers zu Leipzig mens. Febr. Anno 1604. (verb. sent. Ob nun wohl solcher eurer Mutter vor zweyen Zeugen auffgerichteter letzter Wille als ein solenne testamentum nicht bestehen kan/ So ist er doch als ein Testamentum inter Liberos zu Recht kräftig / B. R. W.)

Magna

NUM. IV.

Magna hic, datâ occasione, occurrit controversia de Dispositione Testamentorum Avi viventibus & Filiis & Nepotibus. An nimirum Avus & in filios & nepotes simul testari possit? Quidam adfirmant, quidam negant, imò pro utraq; sententia ad stabiliendam thesin Leges allegant. Carpz. P. III. C. IV. D. XVI. initio dicit: Non solum (ejus sunt verba) vero inter liberos primi gradus, sed & inter nepotes cum duobus saltem testibus testari licet Parentibus. Sed ibi addit, sed certè extra controversiam est, si defunctis liberis, Nepotes primum successionis locum obtineant. *l. ult. verb. ex quolibet venientes gradu C. fam. Ercisc. l. hac Consult. §. ex imperfecto C. de Testam.* Jam vero vivo adhuc filio, nepotum, respectu avi, Patre, non obtinent primum successionis locum, ergò nec Avus inter eos testari potest. Si hoc argumentum non valeat, omnia corruent, quæ pro lata sunt. Nempe nec filii Domini quasi Paternorum bonorum dici poterunt, cum alias in liberis dominium Paternorum bonorum tantum continuari dici-

tur, & post Patris mortem liberi hæreditatem patris non percipere, sed magis liberam bonorum administrationem consequi videntur. Nec gradus, quod tamen impossibile, tam ascendentium quam descendendum amplius quid valebunt. e.g. Linea Ascendens ea est: Pater, Avus, Proavus, Abavus, Atavus, Tritavus, &c. Linea descendens hæc: Filius, Nepos, Pronepos, Abnepos, Atnepos, &c. Si jam dicerem juxta eorum sententiam qui sub Parentibus item & Liberis tam ascendentes, quam descendentes intelligant, hoc & ego, certo tamen modo, concedo, observatâ nempe distinctione graduum. Illud vero ne utiqvam adfirmo, nempe qui dicunt, quod Avi Nepos dici possit Avi filius, & sic vice versâ Nepotis Avus, Nepotis Parens, quod absurdum, exinde enim sequetur, ut in Genealogiis, tam ascendentes quam descendentes tantum parentes & liberi dicerentur. Hoc verum est, quod Abavus sit Proavi pater, & Pronepos filius nepotis, & sic porro, non vero avus nepotis pater, & nepos avi filius, quod sequeretur aliàs, si avi nepotes cum avi filiis simul hære-

hæreditatem adirent, quoniam filius quasi Dominus videtur, ut dictum, paternorum bonorum vivo adhuc patre, mortuo autem ipso liberam quasi administrationem consequitur. Sic etiam in Germanicis nunquam Nepos Neptis vocabit Avum, Aviam, Germanicè, Vater/ Mutter/ sed semper, Groß Vater/ Groß Mutter/ sic & pater vel mater pronepotem vel proneptem vocant Sohn oder Tochter sed Kindes Kindes Kind seu Unter Nefse/ Unter Nisset. vel filius vel filia, proavum, proaviam Germanicè tantum Vater Mutter/ sed Groß Groß Vater/ Groß Groß Mutter/ vel Ober Elter Vater/ Ober Elter Mutter/ quales familiæ adhuc & hodie nonnullæ in vivis sunt. Stabit itaque firma mea sententia, quæ melius intelligi poterit, si in tali casu distinctio observatur, quod aliud sit Legare, aliud hæredem instituere seu Legatum & Hæredis institutio. Observandum tamen hic est, quod nepotes, si cum patruis aut matertis primi gradus lineæ inæqualis nempe suorum parentum fratribus aut sororibus avi bona adveniunt, non succedant ibi in Capita, sed in stirpem, unam nempe personam tantum vel patrem vel ma-

matrem repræsentant. Reichs Abschied zu Augs-
spurg de Anno 1500. rubr. die succession der
Diechter oder Enckel. Idem dispositum est de jure
Saxonico Art. 5. Lib. 1. Landrecht.

NUM. V.

Dixi superius omnes vi quarundam allegata-
rum Legum testari posse, præprimis ergo & Paren-
tem hanc habere licentiam. Verum uti in solen-
nibus, ita & minus solennibus expressè nonnulli
prohibentur testari, vel ob conditionem, vel ob
defectum, qui vel animi, vel corporis. Hoc ta-
men notandum prius, vel planè ipsis denegatur,
vel Testamenti factio limitatur vel circumscribi-
tur. Observanda tamen sunt tempora antiqva &
hodierna. Olim quippe mortis damnatus jure di-
gestorum testamentum facere non poterat, & licet
ante peractam condemnationem fecerit, post e-
am tamen irritum factum. *per l. 6. §. 6. D. de Inj.
Rupt. & Irrit. facto Test.* rationem ipse addit §. 6.
nempe quia per Capitalem illam condemnatio-
nem factus est servus poenæ. Quæ Lex Licet multis
rationibus atq; textibus firmari possit, contrari-
um tamen hodie observatur, nisi specialiter & Ca-
pitali-

pitaliter damnatus, & bona ipsius fisco addicta
sint. Vid. Churf. Sächs. Landes-Ordn. Augusti
P. III. Const. 6.

Verba hæc sunt: So auch gleich zur To-
des-Straffe/ verdammet und verurtheilet/ ihrer Gü-
ter halben/ und von allem deme/ so sie nach ihrem To-
de verlassen werden/ Testament machen / und in an-
dere Wege durch beständige letzte Willen / kräftige
Verordnung aufrichten mögen.

Sic quoq; testari non possunt damnati ob cri-
men læsæ Majestatis, quorum memoria & post
mortem damnatur, & bona fisco addicuntur. §. 5.
Inst. de Hæred. quæ ab Int. def. A. B. Caroli IV. zu
Nürnberg. de Anno 1356. Tit. 24. §. Wer mit Für-
sten / Rittern / &c. Verba hæc sunt: Und der also an-
der Majestät schuldig erfunden / mit dem Schwert
hinzurichten / auch alle seine Güter dem Fisco zuer-
theilet und verfallen seyn / ihre Kinder aber sollen von
Mütterlicher / so wohl aller ihrer Nächsten Freunds-
schaft / Erbtheil ausgeschlossen / und deren beraubet
seyn / wie in gleichen mit andern Testamenten und
letzten Willen nichts empfahen noch überkommen /
sondern in der Väterlichen Verleumdung allewege
ersetzen: Sollen auch zu keinen Ehren oder Enden ge-
lassen werden / darzu in Armuth ewiglich verschmach-
ten

§

ten

ten/ daß also der Tode ihr Trost/ und das Leben ihre
Pein sey/ ꝛc. Idem fermè elogium & usurariis à
Divo Electore Augusto datum Anno 1550. & 1555.
qvod confirmavit Christianus II. Elector anno
1609. imo & Joh. Georg. I. piæ memoriæ anno
1625. qvæ mandata ita sunt instructa, ut talis homo
ne dignus haberi debeat ullâ conversatione, dum
nempe ex communione Christianorum plane ex-
cludendus, nec communio altaris, nec sepultu-
ra in cœmiteriis concedenda; vid. *Const. Elect.
Joh. Georg. I. de Anno 1625.* qvæ verba in Spho.
So wollen wir ita sonant: ihnen kein beständig Te-
stament zu machen/ auch/ da es allbereit gemacht/ ob-
ne Bestellung caution/ wegen Erstattung des Ein-
gefangenen Buchers/ ganz unkräftig und nichtig
zu halten ꝛc. Porro testari nequeunt de statu suo du-
bitantes, *l. 14. D. qvi Testam. fac. poss. Et l. 15. d. T.*
& aliæ plures conditiones, qvæ qvia nec fermè in
usu, proferri haud necessarium duxi; Vid. potest
de his Ziegl. in Dissert. de Testamentis.

NUM. VI.

Traditi in præcedentibus, qvi ob conditio-
nem testari nō possint, aut si testentur, iis certus ta-
men

men præscriptus modus. Nunc sequitur defectus, qui primò Corporis, ut Cæcus. Licet Doctorum sententia patrem cœcum inter liberos testari posse nullis observatis solennitatibus, quoniam inter ipsos cessaret falsitatis suspicio & quæ aliæ causæ. Movet tamen dubium Imper. Max. I. in *Recess. Imper. Colon. de anno 1512. Tit. vom Testament* §. ita sonat: Es ist auch nicht allein in einem Testament eines Blinden / sondern auch in seinem Codicil und andern seinen letztern Willen Noth solche Form (quam formam §. præcedens: Aber zu eines Blinden Testament etc. tradit) zu halten. Hæc observarunt Scabini Lipsienses in causa Romuli à Bonna, Fürstl. Burggraffen zu Sigmitz / Mens. Jul. Anno 1544. quorum tale decisum: Ob gleich N. N. vor sieben Zeugen ein Testament oder Codicill gemacht / darauff sein Petschafft getrucknet / und die Zeugen dasselbe unterschrieben / und besieglen lassen / da er aber dennoch Eurem Bericht nach zu der Zeit blind gewesen / so wäre solches sein Testament oder Codicill aus Mangelung der Solennitäten zu Rechte nicht kräftig. *B. R. B. Carpz. Jurispr. Forens. P. III. C. VI. D. V.*

Eadem fermè ratio habetur cum surdo, dist. tamen inter surdum & surdastrum, & talem

C 2

qui

qvi simul mutus & surdus, quæ sæpissimè in uno
subjecto unà sunt. Plura de hisce interdicit ni-
mia prolixitas. Nunc sequitur defectus animi, ut
sunt furiosi & mente capti. Distinctio tamen benè
observanda est inter talem, qvi perpetuo hoc la-
borat malo, & qvi per intervalla tantum, *l. 16. §
17. D. qvi Testar. fac. poss.* iterum quidam distin-
gvere volunt inter furiosum & mente captum, ut
VVissenbach. ad *l. 5. D. de R. J.* illum præpollere
huic, sed iidem sunt per *l. 28. C. de Episc. Aud.* &
quid de illo dicitur, dicitur quoque de altero. Qui-
bus annumerantur & prodigi tales declarati nec
non qvi ebrietate vel alia mentis inopiâ nesci-
unt quid agant. Quod tamen intelligen-
dum de talibus, qvi in summo gradu hisce la-
borant malis. Uti de ebrioso ratio ea da-
tur, quoniam profunda, id est, perpetua seu conti-
nua ebrietas est privatio intellectus, per quam ob-
livio sui ipsius generatur. Carpz. P. 3. Pr. Crim. q.
146. n. 37. sensus hominis planè obfuscantur, o-
mnesque facultates judicandi adimun-
tur. VVesenb. in *D. de Rit. Nupt.*

CAP.

CAPUT III.

De

Rebus.

Num. I.

OMnium primò hic monendum iudico de Feudalibus, quod nimirum nulla dispositio Testamentaria in iis locum habeat, uti in rebus Allodialibus, sed tantum successio legitima *per clarum textum 1. F. 8.* Rationem addit *l. 16. D. de Testam. mil. & l. 1. §. 1. D. si quid in fraud. patro.* quoniam Legatum & omnis testamentaria Dispositio alienatio est, jam vero Feudum alienari prohibitum *2. Feud. 9.* quippè invito Domino alius Vasallus obtrudi non potest *2. Feud. 12.* nec jus filii & agnatis in prima investitura quæsitum sine culpa illorum auferri potest *per l. 11. D. de R. J.* quæ regula procedit non tantum quoad extraneos, sed etiam ipsos, qui in prima Investitura ad successionem vocati sunt, ut Vasallus neque uni ex filiis Feudum assignare, neque ullo modo ordinem vel naturam successionis mutare possit. *1. F. 8.* Excipiun-

C 3

tur

tur tamen Casus in quibus testamentaria dispositio locum habere potest, veluti, si consuetudine introductum, ut Vasallus sine consensu Domini vel agnatorum de Feudo disponere possit. *l. 12. D. de Leg.* Qualem consuetudinem in Gallia receptam esse & alibi testatur Rebuff. in arb. Feud. Duar. de Feud. Andr. Knick. de Invest. Pact. vel si statuto alicubi testamentaria Dispositio est permissa. Vel si in prima Investitura vel expressè vel tacitè actum sit, ut in testamento de Feudo disponere liceat. *2. F. 48.* vel si testamentum de Feudo consensu Domini & Agnatorum factum sit. *1. F. 5. §. 1.* & quæ aliæ sunt rationes, ob quas Vasalli de Feudis. in quibusdam locis testari possunt: quæ videri possunt apud Rosenthal. de Feud. cap. 7. conc. 2. Schnobel. Disput. Feud. 6. th. 1. 2. 3. & seqq.

Num. 11.

Expositis primò breviter Feudalibus, nunc ad Allodialia, quæ testamēto inseri possunt, progredimur. Nempe sunt omnes res, quæ in testatoris potestate sunt. Nullus enim Paganorū (i. e. illorū qui non sunt milites) pro parte testatus & pro parte intestatus potest

potest decedere. *l. 7. D. de Reg. Jur.* Nihil enim a-
ctum esse credimus dum aliquid addendum su-
perest. *l. 11. in fin. C. quib. ut indign.* Nec enim con-
stat, quid testator de cæteris bonis, de quibus non
disposuit, fieri voluit. Idem obtinet, si in conden-
do testamento mors supervenerit, magis enim
cepisse facere testamentum, quam fecisse videtur.
l. 25. D. qui testam. facere possunt. Vid. Strykius
in Dissertat. de jure testandi inter lib. cap. 1. n. 20.
Sunt verò illæ res vel corporales, vel incorporales.
Illæ ab aliquo externo, quo percipi possunt, sen-
su describuntur, quod tangi possint. Hæ sunt rela-
tiones seu qualitates quædam morales, nec tangi
possunt, ut servitutes & obligationes. Porro vel
sunt res mobiles, vel immobiles. *l. 15. §. 2. de re jud.*
Immobiles sunt vel naturaliter, vel civiliter tales.
Huc veniunt & Nomina, quæ per analogiã quan-
dam, ut res incorporales, quæ suâ naturâ neque
mobiles, neque immobiles sunt, rebus mobilibus
accenseri solent à nonnullis immobilibus, si actio-
nes sint in res immobiles. Quamvis Schneid. neu-
tri harum attribui eas judicat, neque mobili, neq;
immo-

immobili, sed per se stare posse tanquam tertiam
speciem, ob quem effectum tradit ipse in Annota-
tis ad Inst. Tit. de Interd. n. ii.

NUM. III.

Non intactam relinquere possum difficilem
controversiam de Legitima. Carpz. Rittershusius,
Schneidevv. Ludvv. & alii singuli singulas tenent
sententias, & sic in talibus controversiis aliquo
modo variant, quædam tamen proferam, quæ æ-
quitati sunt consentanea. Si itaque primò firma
debent esse, quæ in præcedente capite protuli,
quod nimirum liberi parentibus adhuc existenti-
bus Domini quodammodo Paternorum bonorū
dicantur, post mortem vero magis liberam pos-
sionem tantum acquirant, & sic in iis Dominiū
continuari saltem dicatur. *l. ii. D. liber. & post h.
hered. Instit.* Sequitur legitimam portionem dici
illam, in quâ alias quis successurus sit ab intestato;
Carpz. d. Jur. For. P. ii. C XXXV. D. 16. n. 5. l. 8. §.
8. D. de Inoff. Testam. & ita jure naturæ deberi
dicitur. Quod verò Quantitatem Legitimæ atti-
net, illa non ex jure naturæ, sed Civili desumenda,
& quam

& quam secundum Schneidevvinum Parens tenetur relinquere liberis non ingratis titulo institutionis, hodie triens, id est, quatuor unciae & sic tertia pars bonorum, si quatuor aut pauciores sint liberi, ita quod si pater habeat in bonis 12000. flor. teneatur illis conjunctim relinquere legitimam scilicet quatuor uncias & sic quatuor millia Aureorum, quae aequaliter inter eos sunt dividenda, si vero plures sint liberi, quam quatuor, tunc legitima est semis, & ita dimidia pars bonorum paternorum, reliqua bona sua potest, cuicumque velit, relinquere. Schneid. in Instit. de Inofficioso Testamento Num. 8. Nec obstant Hug. Grotii verba quae extant in ejus Commentario L. 2. c. 7. de J. B. & P. & quidem ex sententia Pauli Jcti: Ratio Naturalis quasi lex quaedam Tacita Liberis Parentum hereditatem addicit. Hinc etiam contingit, ut detur querela adversus Testamentum, quae querela contra in officiosum testamentum locum non haberet, nisi profundius principium hic locum haberet, nempe Juris Naturae, haec sunt ejus verba. Imo & parum ad rem facit, quod aequitati minime videatur consentaneum,

D

libe-

liberos privare à natura debitis, quod eveniret, si
observentur, quæ tradunt Schneidevv. & alii, & sic
locus daretur immensæ illi donationi, juxta ho-
rum sententiam, sicque reliqua, cuicunque velit,
sive adultus, sive jam natus, aut nasciturus, imò
quisquis sit, relinquere possit; Cum Lex civilis non
parentibus omnem testandi potestatem ademe-
rit, sed quoad certam quantitatem. Hinc quamvis
appareat absolum, & contra fas naturamque a-
gere Parentes, si longè minorem partem attribu-
ant filiabus, quoniam in aliam familiam transe-
unt, ubi de necessariis illis prospicitur. Longè
autem alia tradat, Nov. 22. C. 48. ubi non imme-
ritò svasit Legislator, ut servent æqualitatem. Cum
qua consentit *l. ult. C. Fam. Ercisci* ibi pares esse
videntur. Nec injustum, in naturali enim æqui-
tate fundata est æqualitas, & facit ad conservandā
inter liberos Amicitiam, ad quam etiam pater, in
quantum fieri potest allaborare debet. Richter.
Dec. 59. n. 21. ratio tamen civilis efficacior est &
lex ipsa, qua magna in æqualitas quidem non ad-
mittitur, omnis autem non prohibetur, unde ma-
sculi

seculi in Feudis & illustribus Familiis præferuntur foeminis. Et ut tandem concludamus : Omnium optime agere videntur Parentes, qui liberis in Testamento eam portionem legitimam relinquant, quæ eis à naturâ vel jure Successionis ab intestato debetur, & quantum fieri potest inter liberos, cujus sint sexus, vel conditionis, æqualitatem servent. Ex ratione tamen civili si aliquam in æqualitatem servaverint propterea ut inofficiosum impugnari non possit Testamentum, cum institutio liberorum ex partibus disparibus & inæqualibus Testamentum non vitiet Carpz. p. 3. cap. 4. d. 22. Et subsistit Testamentum de jure civili, si legitima liberis titulo institutionis honorabili fuit relicta, uti corrumpit & pro inofficioso declaratur si nihil liberis relictum, Carpz. p. 3. c. 4. d. 21. quæ legitimæ quantitatis lege est definita *Nov. 18. c. 1. Aut. novissimas C. d. in off. testam.* Idem obtinet de Jure Sax. *Constit. Elect. 12. part. 3. Carpz. p. 3. c. 12. D. 11.*

NUM. IV.

Optime Novi Geradam ut & Heergevvetam non ad massam hæreditatis pertinere, & sic non jure hæreditario sed familiæ ratione ex singulari Juris Saxonici privilegio tanquam

D 2

lucrum

lucrum adventitium obvenire, ut multis in locis testatur, Carpz. in Jurispr. For. Qvædam tamen de iis hic proferam. Qvod bona utensilia seu Geradam concernit in singulis fermè ditionibus atqve locis singulæ sunt consuetudines, in quibusdam aucta, in aliis minuta, in quibusdam planè nulla. Definitur verò Gerada à variis variè & complectitur varias res vel ad cultum muliebrem spectantes vel rem familiarem, recenset eas Pistorius in qvæst. 32. ex additis Responsis tam Wittebergensium, quam Lipsiensium & aliorum, qvæ hic addere nimia prolixitas non patitur, pauca tamen proferam, qvæ omnia reddent clara. Nempe observanda est distinctio inter res ad quotidianum usum pertinentes, & inter res honoris seu voluptatis causa confectas, ut sonant verba in eorum Decis. So nicht zur Nothdurfft gemeiner Haushaltung / sondern ihr nur zu euren Ehren und für etliche Gäste erzeiget / ungeachtet / ob sie gleich euer Weib seliger in Verwahrung gehabt. Et alibi : Ob ihr sie gleich eurem Weibe in Verwahrung geben / damit man sie im Fall der Nothdurfft / wenn man sie zu Ehren bedarff / zu finden wüßte : Sola custodia mulieris Geradam non facit. Sic & in cæteris. Nulla autem planè differentia est inter
Gera-

Geradam mulierum nobilium & ignobilium,
præterquam circa oves, anseres, anates & cur-
rum. Carpz. P. 2. C. XIV. D. 24. Hoc adhuc no-
tandum filium clericum cum sororibus simul Ge-
radam matris percipere. Sandr. Art. V. l. i. in verb.
der Pfaff nimpt gleichen Theil mit der Schwester in
der Mutter Gerade. Quod extenditur etiam ad
Sacerdotes Evangelicos. Communiter rationem
reddere volunt eam fieri hoc ob eorum preces,
quibus totus mundus fruitur. Carpz. d. l. Def. 60.
Nos illud ex Jure Saxonico hic annectimus Gera-
dam per ultimam voluntatem aut donationem
invitis alienari non posse ne quidem in Testamen-
to tempore pestis condito adeò ut nec favore piæ
causæ sustineri possit. Quod adeo verum est, ut
Testamentum extra provinciam Saxoniam con-
ditum non valeat. Si testator mutato domicilio se
conferat in provinciam Saxon. ibi que degat. Nec
proxima agnata in cujus præjudicium Testamen-
tum factum consentiat. Quin imò Pater Gera-
dam filia absque autoritate Magistratus
vendere non valet. Vide Carpzo-

vium p. 2. c. 14. d. 1. 3. 70.

D 3

Num. V.

Num. V.

Nunc de rebus expeditoriis seu Hergewetta. Dantur in iis eadem fermè circumstantiæ uti in Gerada, & sic à Gerada ad res expeditorias, & contra, firmiter licet argumentari. Art. XV. l. 3. Sandr. Sciendum tamen, quod de Jure Saxo-nico inter solos Nobiles patre avoque milite genitos res expeditoriæ primum frequentatæ fuerint. Verum per consuetudinem longo usu confirma-tam res expeditorias tam à civibus quam à rusti-cis petere licitum. Computantur vero inter res expeditorias sequentes species: Viri defuncti gla-dius, equus instructus ephippio & freno, optima ejus armatura, vestimenta quotidiana, culcitra militaris, (h. e. lectus ab optimo secundus cum pulvinari & duobus lintheaminibus) mappa una & unum mantile, duæ patinæ, ahenum unum, pro coqvendis piscibus & climacter. Neutiquam autem filii clerici Hergewetta fruuntur, incapa-ces enim sunt ad res expeditorias, ideoq; nec ipsi res expeditorias relinquere possunt, sed omnes e-jus res ad massam hæreditatis rediguntur. Harum
autem

autem loco gaudent Geradâ, ut dictum. De his omnibus prolixè agit Carpz. P. III. C. XXXVIII. Def. Hoc adhuc observandum; quod deficientibus hæredibus masculis item agnatis res expeditoriæ magistratui cedant, quod & in Gerada simul attenditur, excepto tamen milite, absque agnatis mortuo. Nos hoc loco illud saltem monemus de Rebus. Expeditoriis, quod illæ à Testamento non minùs in præjudicium agnati alienari possint Testamento quam Gerada in præjudicium proximioris cognatæ, p. 2. Const. El. 14. Goldbeck de Geradâ c. 7. memb. 2. n. 47. utraqve nempe Gerada & Hergevvetta non jure hæreditario sed speciali Juris Saxonici privilegio familiæ ratione & jure vel agnationis vel cognationis defertur. Carpz. p. 3. c. 38. d. 34.

Num. VI.

Hic addenda adhuc *Qvæstio*: An teneatur filius conferre sumptus studiorum, quando parens eos in librum rationum redegerit, aut specialiter consignaverit? Moralistæ dicunt, qui dat formam dat quoque ea, quæ ad formam sunt necessaria, qua-

quare qui causa est, ut homo existat, is, quantum in se est, & quantum necesse est, prospicere ei debet de his, quæ ad vitam humanam & societatem naturalem sunt necessaria, h. e. omnia debet alimenta qualiacunque, ut victum, vestitum, impensas ad studia, quantum necessaria, juxta cujusque conditionem atque statum. Hæc enim & similibus, cum iis indigeat filius, alimentorum nomine comprehenduntur: uno verbo, debentur alimenta tam secundum statum, quam secundum naturam. Neutiquam itaque nunc est concedendum, ut in dividenda massa hæreditatis sumptus illi in studia adhibiti filio detrahantur. Comprobat hoc Serenissimi Nostri Electoris Joh. Georg. II. Decisio 50. Verba hæc sunt: Daß dergleichen Unkosten so zum Studieren oder Erlangung eines Gradus aufgewendet/ die Kinder nachmahln bey der Eltern Verlassenschaft und Erbtheilung zu conferiren oder an ihrem Erbtheil kürzen zu lassen nicht schuldig/ solches ist in Rechten/ wenn es gleich von etlichen anderst außgeleget wird/ nicht undeutlichen versehen / bey welchem Wir es allerdings bewenden lassen / wann auch gleich die Eltern solche Unkosten in ihre Hand oder andere Bücher aufgezeichnet hätten. Ubi tamen hæc

hæc sententia limitatur, quod nempe collatio locum habeat, si expressè illam Parentes voluerint, vel de ea protestati sint. Item si sumptus sint nimii, ut reliquis liberis à portione legitimæ quid decedat, in verbis: Jedoch aber / und wosern sich die Eltern außdrücklich erkläret und protestiret, oder es auch sonst bengebracht werden kan / das das Kind wieder conferiren soll / hat es darbey sein bewenden. Immassen denn auch in dem Fall / da die Unkosten so übermäßig / daß denen übrigen Kindern dadurch die legitima geschwecht wird / das jenige / was die Rechte de inofficiosis donationibus, und sonst verordnet / unverrückt stat haben und in acht genommen werden soll.

CAPUT IV.

De

Formis & Solennitatibus.

NUM. I.

ORdo nunc postulat de formis & solennitatibus pauca disserere. *Stryk. in Dissert. de Jure testandi* inter liberos rectè ait: Jure Digestorum omnes solennitates atque legum subtilitates primùm

E

mum

mum observatas, nec quicquam singulare paren-
tibus concessum fuisse. Verum cum nimis du-
rum Imperatoribus visum fuerit, remissos esse Ju-
ris apices, & ut *l. 16. C. fam. Ercisc. loquitur*: sed &
si tam circa testamentum, quam etiam Codicillos
judicium ejus deficiat, verum quibuscumque ver-
bis voluntas ejus declarata sit &c. sequi voluntatem
Patris oportere, juris auctoritate significatur.
Comprobat hoc *l. fin. h. t.* Sed cum Imperator Ju-
stinianus animadverteret, Parentes licentiam hanc
nimium abuti, certum constituit modum secun-
dum quem Parentes testamenta sua conficerent.
Tradit hunc *Nov. 107.* quæ omnia prolixè tradi-
dit dictus Author cap. 1. num. 11. 12. 13. &c. nec fru-
stra, præsertim cum testamenta fraudibus & falsi-
tatibus maximè dicantur obnoxia. *Carpz. Jur. for.*
P. 3. C. 4. Def. 31. n. 3. Et licet quidem neutiquam
de Parentibus talis habenda suspicio, sed sola veri-
tas maximè spectanda, aliud tamen plerumque e-
venit. Ideoque favor non attenditur in testamen-
tis, secundum regulas juris testamentarias haud
confectis. *l. 4. D. qui testam. fac. poss.*

Num. II.

Num. II.

Lubet hîc primùm solennium testamentorum requisita apponere, præsertim eorum quæ secundum jus Romanum in scriptis fieri solent. Ex quibus facile fluent minus solennium requisita. (1.) Ergò exigitur, ut testator talis sit persona, cui non est interdictum facere testamentum. (2.) ut expressè instituat hæres, *l. 29. Princ. de Test.* (3.) ut redigatur testatoris voluntas in scripturam, manu ipsius vel alterius scriptam. *l. 21. C. d. T.* (4.) ut testator ostendat, illam scripturam testibus, & dicat esse suum testamentum, vel hanc esse ejus voluntatem ultimam *d. T.* (5.) ut adhibeantur septem testes. *d. T.* (6.) ut testes ad hoc sint simpliciter rogati. *d. T.* (7.) ut testes sint cives Romani, id est, liberi homines. *d. T.* (8.) ut testes subscribant. *d. T.* exceptis certis casibus. (9.) ut testes consignent propriis annulis, vel alienis, si proprios non habent. *l. 22. D. qui testari. fac. poss.* (10.) ut testes sint in præsentia testatoris, & ipsum videant. *l. 9. C. de Testam.* (11.) ut ipse testator subscribat, si novit literas, & alius testamentum scripsit, *l. 29. C. d.*

T. Si verò ipsemet testator manu propria testamentum scripsit, & se hoc fecisse eâdem scripturâ contestatur, non est necesse, ut nomen suum subscribat, *l. 28. §. 1. C. d. T.* Sed si literas prorsus ignorat, tunc debet adhibere octavum testem, qui ejus nomine subscribat. *l. 21. in med. C. d. T.* (12.) ut omnia fiant uno contextu, in eodem loco & tempore, nullo actu extrinseco interveniente. *l. 28. C. d. T. l. 21. §. 3. D. qui testam. fac. poss.* excepto actu ad naturæ necessitatem obveniente *l. 28. C. d. T.* hæ requiruntur solennitates ad evitandas fraudes, quæ facilè committi possunt circa ultimas voluntates, & unâ harum omisâ, testamentum est nullum. *l. 9. 12. 21. C. de testam.* Quænam vero solennia requiruntur in Testamento Nuncupativo vel Judiciali explicat pluribus Carpzov. p. 3. c. 43. & seqq. Tria hodie nempe solennium Testamentorum frequentantur genera. (1.) In scriptis de cujus requisitis jam dictum (2.) Nuncupativum. (3.) Judiciale. De quo ultimo notandû quod illud subsistat absque testibus cum Judicis præsentia omnem tollat suspensionem Carpz. p. 2. c. 41. 11. 3.

In

In minus solennibus Testamentis multa ex illis o-
mitti solent quæ desiderantur in illis, ita tamen ut
ea quæ sunt essentialia in illis non negligantur, sed
superflue saltem probationes. Ita Testamentum
Parentum inter liberos quamvis minus solenne
sit, si tamen nuncupativum sit, coram duobus te-
stibus fieri debet, quamvis non referat, num testes
rogati sint nec ne: & foeminae quoque admittuntur,
Carpz. p. 3. c. 4. d. 5. In scriptis autem inter liberos
factum Testamentum non aliter valet nisi annus
& dies exprimatur, & voluntas literis non signis
exprimatur. Carpz. p. 3. c. 4. d. 17. de quibus mox
plura.

Num. III.

Recensui in præcedenti numero requisita ad
condendum testamentum, nunc sequitur in qua
forma sint constituenda. Attentâ autem com-
muni Jctorum distinctione, nempe formæ inter-
næ & externæ, tam in solenni quam minus solenni
testamento, plura adhuc erunt observanda. Exter-
nam formam tradidi. Concernebat ea solennita-
tes testamenti, quarum, uti ipsius testamenti ori-

go tam ex jure civili quam Prætorio & Constitu-
tionibus dependet. Communes vero hæ sunt &
scripto & non scripto & nuncupativo. Interna
forma etiam Paterni Testamenti inter liberos est
hæredis institutio, quæ substantia est testamenti,
& ex qua omnem vim habet testamentum. §. 34.
Inst. de Legat. l. 14. C. de testam. huc commodè
referri possunt (1.) tempus facti testamenti, cum
non difficile aliquod conficere testamentum. Blá-
dis enim phaleratisque verbis facilè commoveri
potest Parens, aliud iterum condere testamentum.
Inventis enim, mortuo parente, tribus aut quatu-
or testamentis, nec tempore in iis appposito, nem-
pe, ut Doctores communiter intelligunt, anno,
mense & die, neutrum horum valet. Non enim
constat utrum altero sit prius vel antiquius, & sic
ex iis certa patris mens ac voluntas non potest col-
ligi. (2.) nomina liberorum exprimantur. (3.) un-
ciæ designentur. (4.) Eæ claris literis, non notis &
signis literarum & figurarum, sed integris dictio-
nibus ac verbis describantur. Nihil enim magis
fallax & lubricum in testamentis, quam Zyphræ
atque

atque notæ, quippe exinde magna litium inter hæredes nascitur materia. Licet quidem nonnulli Zyphras notasque usitatas concedant, consultius tamen omnes statuunt, si integræ summæ scribantur. *Nov. 107. cap. 1.* Hæc si non observantur facile nullum ac invalidum reddi potest testamentum. Vid. de his præcedentes allegatos authores.

Num. IV.

Dixi superius stare posse illam definitionem hoc loco, quæ traditur in *l. 1. D. qui testam. fac. poss.* Addidi hunc canonem: quod convenit generi, convenit quoque speciei ejusdem generis. Excipiant alii convenire quidem minus solennia cū solennibus, sed non in omnibus, ideoque nec cōpetere ipsi hanc definitionem, verum respondeo: aliud esse, quando conveniunt quoad ea quæ sunt de necessitate seu de essentia testamenti, & aliud, quando conveniunt quæ sunt de solennitate seu ceremonia testamenti, e.g. si testator parens ostēdit hanc esse ejus voluntatem (præsupposito quod possit testari) hæredem instituit, & si testatur ut videant testes, articulatè loquitur, ut ipsius mens

com-

commodè percipi possit, *l. 29. C. de testam.* appo-
nit uncias easque non Zyphris, sed per totas literas
declarat, tempus facti testamenti adscribit, quid
magis nunc requirendum, ut demonstretur, an
possit adhiberi ea definitio in minus solennibus?
Fingatur casus qualiscunque sit, observatis rectè in
eo circumstantiis, firma stabit data definitio, cum
semper necessariæ partes in eo occurrant, aliàs his
non observatis, per se nullum est. Nec itaque mi-
nus poterit justa sententia de eo quod quis post
mortem habere vult dici Paternum testamentum
quam solenne in scriptis cum illud justum sit
quod secundum præscriptum fit Legum.

NUM. V.

Quid autem de subscriptione statuendum,
num ea necessaria vel non? Carpzovius existimat
valere illud licet Parentes ipsimet testamentum
non scripserint, sed alterius manu schedula exara-
ta fuerit, modo manu suâ nomen subscripserint,
cum paria sunt propriâ manu scribere vel alterius
manu scriptum subscribere. Firmius autem red-
di testamentum existimo, si in subscriptione testa-
tor

tor id esse testamentum suum dilucidè asseveret.
Hartm. Pist. P. 1. quæst. 1. n. 6. 7. Colligitur enim
exinde iterum testamentum perlegisse, recogno-
visse, sicqve firmiorem mansisse in sua data senten-
tia. Quod vero quidam statuere volunt, sufficere
tantum subscriptionem liberorū *argument. Auth.*
si modò C. fam. Ercisc. planè errant; Cum aliud sit
bona dividere, & aliud testamentum condere,
quod satis testatur *Nov. 18. c. 7. vers.* hæc nos mo-
lestare &c. Hæc dicta *Auth.* loquitur de nuda bo-
norum divisione, ubi sufficit vel Parentum vel li-
berorum, universorum tamen, non singulorum,
subscriptio. Hic vero de testamento agitur. Neu-
tiqvam autem sigillum absq; subscripto nomine
in testamento solum valet, quippè per se nil pro-
bat nec operatur, testis enim mutus est & incertus
& ut loquitur Hartm. Pist. ad fulciendum
testamentum inter liberos non sufficit. Si tamen
aliquod impressum, est sigillum publicum autho-
ritate & mandato Principis appositum, hoc enim
majori cura custoditur. Illud vero facilè subtra-
hitur, & secundum genium illius, ab eo, qui lucrū

F

capta-

captare vult, scripturæ confectæ inprimi potest. Nulli autem adhibentur testes in tali testamento, puta scripto, æqvitati enim convenit, ut filii observent parentum voluntatem, etsi omni careat solennitate, sufficit enim si observata fuerint quæ tradit *Nov. 107*. Excepto si extraneus simul institutus hæres fuerit, ubi duos, alii quinque testes requiri statuunt. Aliud autem est, si nuncupativè testari parentis est animus, ibi enim testamentum, dico nuncupativum, coram duobus testibus inter liberos valet, *l. 21. §. 1. C. de testam.* quem paragraphum tam in scriptis quam nuncupativis procedere adserunt interpretes. Nec refert, utrum rogati fuerint nec ne, *l. fin. §. fin. C. de codicill.* quini-
mò & fœminarum testimonium hoc casu admittitur, ut in primo capite dictum. Vid. *Carpz. Hartm. Pist. in allegat. loc.*

Num. VI.

Dixi suprâ n. 1. hujus cap. testamenta maxime fraudibus & falsitatibus dici obnoxia, moveri nunc quæstio possit, an dentur tales casus quo testator dolosis & falsis persuasionibus inductus testamen-

stamentum fecerit? aff. per l. ult. verb. qui non
per vim & dolum D. si quis aliq. test. prohib. l. 70.
D. de Hered. instit. licet alii distingvere volunt in-
ter blanditias & falsas atqve dolosas persuasiones.
Blando, ut ait Hartm. Pistoris, sermone licet in-
citare testatorem, per l. fin. C. si quis aliq. testar.
prohib. & l. fin. D. eod. tit. Quod vero, falsas & do-
losas persuasiones & sollicitationes attinet, illæ in-
firmum nullum ac invalidum reddunt testamen-
tum: rationem addit l. 32. D. de Hered. instit. Te-
stamentorum jura ipsa per se firma esse oportere,
non ex alieno arbitrio pendere. Verum, blan-
ditia illæ amicabiles in dolosas persuasiones de-
generant, atq; duras & immoderatas sollicitatio-
nes, si ex mendaci fundamento fluant. Siquidem
si effectum, quem persuasor desiderat, in hoc casu
præstare debent, omninò falsis sugillationibus, (o-
portet enim vergere in præjudicium, ut nempe
cohæres parte suâ minuatur, alterius) atqve men-
daciis testator erit persuadendus. Ex quo postea
dolus deprehenditur, quando nempe per falsas su-
gillationes & mendacia testator persuasus fuerit.

F 2

Men-

Mendax autem regulariter in dolo esse præsumitur, siquidem mendacium in suum commodum redundat, ut loquitur Hartm. Pist. unde vero harum blanditiarum seu potius doli præsumptiones sumendæ, ex quibus dolus persuadentis colligi potest, refert Jac. Menoch. L. 4. præsumpt. 12. & post eum Matth Berlich. Part. 3. Concl. 7. n. 4. Nec requiritur exacta & plena probatio hoc casu, sed sufficit dolosas illas persuasiones præsumptionibus, ex actionibus atque gestis ejus cum testatore peractis, doceri & demonstrari posse. Hoc ab Illustr. Elect. Sax. satis expressum Const. V. §. ult. in verb. Zum dritten daß keine præsumption und Vermuthung vorhanden daraus abzunehmen / etc. hoc igitur casu præsumptiones & conjecturæ pro legitimis probationibus habentur, sicut & aliàs vice probationum funguntur, præsertim in iis casibus, in quibus difficilis & quasi impossibilis est veritatis probatio. *l. 74. D. de Legat. 1.* Putant nunc quidam, quod hoc casu hæreditas testatoris fisco deferatur, sed errant, succedunt enim postea liberi ab intestato. Ejusmodi enim testamentum, quod non spontè quis fecit, sed ab aliis fuit per-

sua-

svasus atqve coactus, non subsistit *l. alleg. 32. D. de Hered. instit. l. 1. D. qui testam. fac. poss.* Ab intestato itaqve videtur parens decessisse, & sic hæredes ab intestato ad successionem sunt admittendi. Eadem & ratio habetur in donatione mortis causa, sollicitationibus extorta: ultimæ enim voluntati comparatur §. 1. *inst. de Donat.* Nihilominus tamen Legata debentur ex tali testamento, quia utilia per inutilia extinguvi non possunt, inprimis quando ab eo separari possunt. *l. 20. l. 29. D. de Usur.* Cui non obstat *l. 7. de Reg. Jur.* Excepto nisi constet aut præsumptio habearur, quod Legata & fidei commissa eo modo coacta fuerint; eo casu quoq; & hæc extingvi debere Doctores libenter concedunt. Vid. prolixè de his Carpz. *Jur. Pr. For. P. III. C. V. Def. 7.*

CAPUT V.

De

Fine atqve Effectu.

Num. I.

Constat voluntatem hominis ambulatoriam esse usqve ad supremum vitæ exitum.

F 3

l. 32.

l. 32. §. 3. D. de Donat: inter vir & uxor. ita nec testamentum robur prius habere potest, nisi à morte testatoris, *l. 1. qui Testam. fac.* Finis itaque ultimarum voluntatum est, ut fiat id, quod post mortem suam disponens fieri voluit, vel ad honorem suum, vel ad usum eorum, in quorum gratiam dispositio facta est, ut ait Ludvv. In genere est id, quod quis post mortem suam fieri velit. *l. 1. D. qui Testam. fac. poss.* Respicit vero ejus voluntas vel ad ipsius nempe defuncti honorem, *l. 17. §. ult. D. de Condit. & demonstr.* vel ad aliorum commodum, quod vel publicum vel privatum. Illud vel ad rem sacram, vel piam causam, vel alium privatum usum spectat, *d. l. 17. §. ult. & l. 1. D. de Pollicit.* Hoc varium est, consistit enim aut in hæredum institutionibus, Legatis, fidei commissis & aliis, *Nov. 115. C. 3. §. ult. in fine.*

NUM. II.

Effectus autem ultimarum voluntatum seu facti testamenti est, ut voluntas defuncti pro lege servanda sit & ita executionem testamentum habeat, *l. 120. D. de V. S. Nov. 22. C. 2. observatis tamen*

men observandis. E.g. ut testatoris verba clara sint; his observatis ne utiqvam ab iis recedendum : Cum enim in verbis nulla est ambiguitas non debet admitti voluntatis qvæstio, l. 25. D. de Legat. III. qvòd & in testamento nostro paterno stat, non enim dubium æqualiter parentem liberos diligere. Imò voluntas disponentis non ex verbis tantum, sed & ex factis & conjecturis desumitur, duplex enim voluntas vel expressa, vel tacita, illa verbis exprimitur, hæc ex factis & conjecturis ferè similibus colligitur. Utriusqve tamen eadem est virtus, unde non refert an expressa vel tacita sit hæredis institutio, ut ajunt JCij, modo contrarium ex verbis non appareat. Imò præsumitur, testatorem voluntatem suam juri confirmasse. Hoc tamen casu magis respiciendum est ad jus naturale. Æquum enim & bonum magis hîc observandum venit, qvam strictum Jus. Ut in præcedentibus dixi.

Num. III.

Cum sæpissimè in dividenda massa hæreditaria lites occurrant, nec inter se hæredes convenire

nire possint, testatores plerumque certos execu-
tores ad exeqvendas voluntatum suarum ultimas
ordinationes constituunt. Et sunt quidem non-
nulli à lege ad exeqvenda talia constituti, quales
sunt omnes boni Magistratus, quos non malè Jcti
appellant publicos ultimarum voluntatum con-
servatores, & sic distinguunt inter executores te-
stamentarios & legitimos. De his dixi, illi vero i-
deò ita dicuntur, quia testator ad exeqvendam
voluntatis suæ postremam ordinationē eos con-
stituit, *l. 3. D. de Alim. vel Cibar. Legat. & Auth.*
licet testator C. de Episc. & Cler. iterum vero hi
distingvuntur in universales & particulares; illi
sunt ipsi hæredes, hi vero sunt tales, quos vel ex te-
stamento vel ab intestato testatores designant.
Quem usum adeò hodie invaluisse dicitur, ut ne-
mo jam testamentum scribat, in quo non execu-
torem designet. Potest quidem particularibus
tanta potestas tradi, quanta universalibus traditur,
nempe ut hæredum loco vendant bona, solvant
debita & alia, si expressè hanc potestatem testator
ipsis concessit. Vid. Matth. Stephanus in Nov.
Qvid

Quid vero si talis hoc officium in se suscipere no-
lit, licet in testamento nominatus, nec exeqvi, quæ
testator velit? Resp. non potest cogi ad hoc susci-
piendum officium, *l. 12. §. 4. D. de Relig. & sumpt.
fun.* Et quoniam quidam à tutore, qui & invitus
cogi potest, ad executorem argumentari volunt,
l. 1. D. de Administr. & Peric. Tut. vel Curat. Tu-
tela enim est munus publicum *princ. Inst. de Ex-
cus. Tut.* non tamen hæc argumentatio procedit,
quia nulla lege publica, sed à privato imponitur, &
ita principaliter privatam tantum spectat utilitatē,
secundariò vero tantum publicam. Neque hoc
casu voluntas exitu destituitur, sed si hæredes no-
lunt, magistratui incumbit, ut vel ipse testamentū
exeqvatur, vel alium executorem constituat, aut
ipsi hæredes sibi alium eligant, *l. 28. §. 1. C. de Episc.
& Cler.* sed remedium hodie inventum commo-
vendi executorem, ut officium lubens in se susci-
piat: Legatum enim sæpissimè à testatore in te-
stamento relinquitur, & ita si illud non amittere
vult, exeqvi testamentum cogitur. *l. 12. §. 4. D. de
Relig. & sumpt. fun.* vid Carpz. P. III. C. 13. Def. 37.

G

NUM. IV.

Num. IV.

Aperitur testamentum post tricesimum diem, ad quam aperturam hæredes aliive, quorum interest, solent citari, *art. 22. lib. 1. & art. 15. lib. 3. Pandr.* Aliqua autem differentia est juxta Carpzovium inter Publicationem & Aperturam, illam hanc esse dicit, quando nempe testamentum privatâ manu confectum in formam publicam redigitur, hunc in finem ut tali testamento plena adhibeatur fides, & sic publicare idem est ac testamentum authenticare, Carpz. p. 3. c. 5. d. 24. n. 2. Requisita hujus publicationis refert Hartm. Pist. observat. 199. Idem observatur in testamentis nuncupativis, examinatis nimirum prius testibus, & eorum dictis in publicam scripturam redactis. Sed in testamento à Notario conscripto tali publicatione opus non est, plenam enim aliâs hic fidem habet. Apertura vero ea est, quando præterlapsis 30. diebus testamentum aperitur, ut inde apareat, qui sint scripti hæredes, quibusve aliquid relictum fuerit. Vid. Carpz. P. III. C. V. Def. 28. t. t. ff. test.

quemad. aperiuntur.

Num. V.

autem, ut volunt Jcti, à morte testatoris. (2.)
Personæ, non de hæredibus hîc sermo, sed de il-
lis, qui inventario conficiendo adhiberi solent
vel debent. Sunt hi primò Notarius publicus.
Non obstant hîc, ut aliàs Dd. quidam volunt,
l. ult. §. 2. C. de Jure delib. Et Nov. 1. Capit. 2. §. 1.
Secundò requiruntur ii, quorum interest, ut
Creditores &c. (3.) Confirmatio, quæ est sub-
scriptio Inventarii ab hærede facta. Olim hæ-
res scribere qui non poterat, signum crucis præ-
ponebat religionis causa, quæ superstitionis res
magis est, quàm necessitatis. Verum hîc obser-
vandum, hâc in re consuetudinem cujusq; loci
& regionis dominari, ideoq; secundum talem
est procedendum. Effectus inde profluentes
multi dantur, nempe hæres non tenetur ultra
vires hæreditatis ad persolvenda æra aliena, ad
quæ præstanda cogi potuisset, si sine Inventario
adiisset hæreditatem; quod tamen hodie limi-
tatur, vid. Carpz. Coeteros effectus tradunt cita-
ti suprâ authores. Quid autem de hoc statuen-
dum si descriptio bonorum ab ipso testatore fa-
cta præferatur, quid valeat? quidam planè nul-
lam esse dicunt, exinde argumentum sumentes,
quia Inventarium debeat originem sumere ab
hærede, non à defuncto, possent enim testatoris
bona

bona & minui & augeri usque ad ejus mortem.
Verum hoc nec planè affirmandum, nec negan-
dum, circumstantiæ enim tam testatoris, quam
hæredum prius semper sunt ponderandæ, ex qui-
bus facile tunc colligi potest, quæ valeant nec ne.
Facto autem per hæredem Inventario, quomodo
de ejus fide inquiri potest? prius hîc notandum.,
quod præsentibus hæredibus in eadem civitate, u-
bi conficitur Inventarium, neutiqvam hoc jus seu
remedium competat, quo absentes fruuntur, o-
lim absentes hæredes duobus modis hoc facere
poterant, vel per quæstiones seu tormenta servo-
rum hæreditariorum, maximè eorum, qui noti-
tiam rerum defuncti habebant, non enim licebat
ita liberos torquere *l. 3. C. ad L. Jul. de Adult. l. 12.*
D. de quæst. & sic nemo certius aperiebat quæ in-
ter domesticos parietes perpetrata fuerant, quam
tales servi, l. consensu 8. C. de Repud. Et judic. de
morib. sublat. Præstabatur autem ab his prius Ju-
ramentum calumniæ, quod non id petant calu-
mniæ sed juris causa. Secundus modus erat per
Juramentum hæredis, quod & hodie adhuc obser-

vatur, ut demonstrat Sereniss. Nostri Elector. Joh. Georg. II. Decisio LVI. verba: Also verordnen wir hiermit daß Brüder und Schwestern so wohl als andere / die sich einer Erbschafft oder anderer Verwaltung anmassen und unterfangen / zu Verlegung eines beständigen Inventarii, oder in Mangel dessen / zur Endlichen Specification angehalten werden sollen. Deficiente nempe solenni Inventario hæredes sibi invicem juratam specificationem bonorum defuncti edere debent.

Num. VI.

Illud ultimo hîc adhuc monendum, quod secundum Jctorum sententiam liberorum testamenta inter parentes non eodem privilegio gaudeant, ac testamenta parentum inter liberos. Argumentantur quidem nonnulli, quod correlativorum eadem sit ratio, & sic quod de uno correlativorum dicendum, etiam de altero dicendum sit. Verum nec perpetuum hoc est argumentum, sæpè enim in quibusdam alia ratio est unius ex correlativis, quam alterius. Breviter, si rectè & accuratè Nov. 107. *Et S. ex imperfecto l. 21. C. de testam.* inspiciantur, facilè controversia tolletur, Vid.

Vid. Ludvv. Steph. Rittersh. Stryck. Hæc de te-
stamento paterno minus solenni: pauca addam de
exhæredatione; sit itaq;

CAPUT VI.

De

Exhæredatione.

Num. I.

DUm statim ab initio verum effectum exhæ-
redationis in filio vel filia factæ perpendo, il-
le nullus alius esse videtur, quam quod magna
exinde contumelia atqve ignominia à parente ipsi
exhæredato inferatur, quæ certe tanta est, ut ea
nunquam extingvi possit: unde haud facilè Paren-
tes citra omissum pietatis officium ad talia testa-
menta, quibus liberos ab hæreditate, quæ eis jure
naturæ dabetur, excludunt, nec facile commit-
tunt, ut aliorum fortè instigationibus impulsimalignè
adeo circa sanguinem suum versentur, per-
pendentes liberos exhæredatos (1.) non modo
omni honesto titulo, sed & pleno honore privari;
hære-

hæreditates enim non modo honesto titulo, sed etiam pleniori honore hæredi tribuuntur, per l. 3. §. hoc autem 2. & l. 5. §. sed etsi 6. D. de Legat. præst. (2.) suorum ita legitimorum nomen eos amittere l. 1. §. 9. D. de suis & legit. hæred. & sic (3.) ex familia planè extrudi, & quæ alia sunt, quæ Parentes ab exhæredationis actu removere possint. Cui accedit, quod si causæ exhæredationis in tabulis expressæ, haud probari possint, in officiosi testamenti querelâ illud facilè possit impugnari, quæ res periculi & controversiæ plena est. Et licet liberi exhæredati abunde quærere possint unde vivant, & sæpe divitiis abundant, ignominæ tamen notam haud effugiunt. Quis enim non malam opinionem habebit de eo, quem pater suus ita notavit, ut successione indignum judicaret, sive à quo tanquã hærede suam personam repræsentare noluit. Siquidem itaque prudenter dicit: Non esse talem pœnam commensurandam delicto, nec debere egredi modum delicti. Hinc Jctus ait; Liberos, adultos nempe, solo exhæredationis metu potius &

& debitæ pietatis ratione, quam tam severo ex-
hæredationis remedio in officio retinendos.

Num. 11.

In liberis verò exhæredandis, incertæ pri-
mum erant exhæredationis causæ, sicq; positæ in
judicis Centumvirorum arbitrio, quod *l. 7. D. de
bon. Darnat. Verb. meritis de causis*, demonstra-
re volunt, quæ vulgò, sed malè, certis de causis
quidam intelligunt. Tunc temporis enim, nem-
pe Pauli, cujus ea lex est, nondum fuerunt certæ
exhæredationum causæ, ut tradunt Rittersh.
Steph. & alii. In hoc autem judicio centumvirali
ut aliæ graves causæ, sic & testamentariæ & hære-
ditariæ disceptabantur. Meminit hujus judicii
Scervola l. 13. D. de inoff. testam. verum Imperator
noster commodius esse putavit causas certas ex ar-
bitrariis facere. Præstat enim, ut Aristoteles in
Rhet. l. 1. c. 2. ait: quantum omnino fieri potest,
legibus omnia definire, quam judicis arbitrio
multum remittere, glossam addit Rittersh. ex Cic.
quoniam inquit lex est immota justitiæ regula u-
naq; & communi voce cum omnibus loquatur;

H

ju-

judex vero homo est affectibus sæpè obnoxius, qui affectus rationem rectam in transversum sæpissimè arripit & obfuscat. Et sanè credibile est, dum causæ exhæredationis fuerunt in arbitrio Centumvirorum, sæpissimè non æqvissimas sententias fuisse dictatas super testamentis & exhæredationibus. Extant hæc verba in P. 3. Const. 3. dict. authoris. Placuit itaqve Imperatori, hisce incommodis mederi & certo definito numero causas exhæredationum includere. Et ita insignis facta est juris innovatio per *Nov. 115.*

Num. III.

Non solum autem liberi à parentibus sed & parentes à liberis exhæredari solent. Quod enim de liberorum exhæredationibus observandum, id quoque de parentum exhæredatione tenendum est *Nov. 115. Capit. 4. verb.* sancimus itaqve non licere liberis parentes suos præterire, aut quolibet modo à rebus propriis, in quibus habent testandi licentiam eos omninò alienare, nisi causas, quas enumeravimus, in suis testamentis specialiter nominaverint. Vulgò octo numerantur causæ, ut à
Schnei-

Schneidevv. ab aliis lex. Collaterales quod con-
cernit, horum quidem in hac Nov. Imperator
non facit mentionem, eorum tamen meminit
Nov. 22. Capit. 47. ubi eorum paucae enumeran-
tur causae exhæredationis. Sufficere quidem
nonnulli putant hoc loco si saltem institutus hæ-
res causas exhæredationis in fratre vel sorore fa-
ctas, alleget atque probet. Nituntur hi *l. 28. vers.*
nisi scripti heredes C. de inoff. testam. Collaterales
tamen ut fratres & sorores querelam inofficiosi
Testamenti non habent, nisi iis turpes personae
præferantur §. *Soror Instit. d. inof. Testam.* VVe-
senbec. in Parat. d. Inoff. Test. n. 6.

Num. IV.

Quod si tandem Parentes justissimas habe-
ant exhæredationum causas, ea adhibere debent
remedia quæ LL. publicis sunt expressa, cum hæc
res magni præjudicii sit, quæ non ex sola volun-
tate Testatoris, sed consensu & moderatione Le-
gislatoris dependet. Sequentia ergo concurrant.
(1.) requiritur, ut nominatim fiat exhæredatio, &
ut certa ex hæredata persona demonstretur *l. 2. D.*

H 2

de

de liber & posth. si vero plures exhæredati sint li-
beri, ut lex ipsa hæc ait, benignâ potius interpre-
tatione à plerisq; respondetur, nullum exhæreda-
tum esse. (2.) Requiritur ut exhæredatio fiat purè
non sub conditione, *l. 3. §. 1. D. d. t.* Pendente e-
nim, ut Ictus ait, conditione filius reperiretur
præteritus, & sic testamentum non valeret. (3.) re-
quiritur ut ipsa exhæredationis causa exprimatur,
quod iusta sit & legitima, *auth. non licet C. de lib.
præter.* (4.) ut à tota hæreditate excludatur, non à
qvota seu certa re *l. 19. D. de lib. & posth.* (5.) ut hæ-
reditas adeatur, *l. 20. verb. cum exhæredatio D. de
bon. possess. contr. Tab.* (6.) ut causa ingratitude
clare & perspicue exprimatur, ingratitude enim,
ut lex quædam ait, tollit debitum naturæ, & juxta
B. Bernhard. Ingratitude est ventus urens, siccans
fontem misericordiæ, rorem pietatis & fructum
gratiæ. Sed quid de hoc statuendum: Cuinam
nempe incumbit probare, num hæredi num ex-
hæredato, quod causa exhæredationis vera sit?
Resp. ex Rittersh. res per distinctionem expedien-
da est, nempe si testator expressisset causam exhæ-
reda-

redationis, tunc cogeretur hæres institutus probare ejus causæ veritatem, si autem non expressisset causam, tum liberis exhæredatis incumberet probatio, se obseqventes ac morigeros fuisse. Jure vero novissimo, cum semper debeat exprimi à testatore causa ingratitude, non est mirum, quod etiam probatio specialiter ab hærede exigatur, non ab exhæredato. Accedit, quod præsumptio sit pro unoquoque, eum esse bonum, donec probeatur malus, quæ præsumptio transfert onus probandi in adversarium, qui allegat & intendit aliquem esse malum. Prætereà nullum delictum præsumitur, omnis autem ingratitude & injuria exhæredatione digna est delictum quoddam sive nominatum ac certum, sive incertum, & tamen contra officium pietatis admissum, ergo opus erit probatione. Hic benè adhuc notandum: quod tale testamentum quoad institutionem solam hæredis sit irritum, quoad cœtera capita vero valeat, ut Legata, fidei commissa, Tutorum datio &c. *per auth. ex causa C. de lib. præter. Nov. 115. capit. 3. §. 14. in fine.*

H 3

NUM.V.

Num. V.

Causarum numerum in liberis exhæredandis quod attinet, propter quas justè nempe à parentibus exhæredari liberi possunt, ita ut non habeant querelam inofficiosi ad rescindendum testamentum. (observatis autem observandis) harum quatuordecim sunt *ut Nov. 115. capit. 3.* demonstrat. Quæ causæ licet undique scriptæ quasi, ut in Schneidevv. Matth. Steph. & in aliis, studio tamen & hic eas recensabo: (1.) est, si quis liberorum parentibus violentas manus intulerit. (2.) si atrocem & indecentem contumeliam parenti ingesserit. (3.) si parentem suum de crimine capitali, quod non sit contra Principem vel rempubl. accusaverit. (4.) si cum maleficis, puta veneficis, magis, ut maleficus versetur. (5.) si vitæ suorum parentum vel veneficio, vel alio modo, ut magiâ & damnabili arte magicâ, insidiari conatus fuerit. (6.) Si novercæ aut concubinæ (loquimur cum Romanis quamvis tales personas hodiè non agnoscamus) patris se immiscuerit. (7.) si delator contra parentes extiterit, eosq; suâ delatione gravia dispen-

dispendia fecerit sustinere. (8.) Si pater fuerit con-
jectus in vincula & filius noluerit pro eo fide jube-
re cum possit, aliter si non possit. (9.) Si prohibue-
rit parentem facere testamentum. (10.) si præter
voluntatem parentum arenariis vel mimis filius
fese sociaverit, & in hac professione permanserit,
nisi forsitan parentes ejus conditionis fuerint. (11.)
si filia noluerit nubere, patre volente eam dotare,
sed vitam luxuriosam elegerit. Nisi pater differat
eam maritare ultra 25. annum. *l. 19. junct. auth. C.
de inoff. testam.* (12.) si neglexerit patrem furiosum
curare vel nutrire. (13.) si liberi parentem ab hosti-
bus captum redimere recusaverint, eum redime-
re possent. Patre enim reverso, post liminiò ex-
hæredari ob eam causam justè possunt. Si vero
apud hostes parens decesserit, liberis hæreditas
quasi indignis aufertur, & Ecclesiæ applicatur. (14.)
Si liberi hæretici, tales autem hæreticos intelligit
Imperator, qui concilia illa Oecumenica non am-
plectuntur. Hæ sunt causæ ob quas possunt li-
beri exhæredari. Verum si filius vivo patre ege-
rit poenitentiam, non potest ex causa ingrati-
tudinis

nis commissæ exhæredari. Et licet exhæredaverit eum, postmodum vero reconciliatur patri, eo ipso exhæredatio intelligitur adempta; quæ omnium Juristorum est sententia. Nec facile accidet, ut parens filiū exhæredet, si tam præsentem quam futuras inde exorituras magnas controversias, ut dictum in num. I. paululum tantum secum perpendit.

NUM. VI.

Explodenda coronidis loco est illorum opinio, qui asserunt dari exhæredationem usque ad legitimam; sed hæc qualis exhæredatio? aut enim filius hæres, aut non hæres, vel aut filius in testamento institutus reperitur, aut exhæredatus, si institutus, succedit in bona cum cæteris, dicitur enim juxta *l. ii. D. lib. & posth.* dominus quasi paternorum bonorum, si exhæredatus excluditur ab omni successione omnibusque bonis. Odiosa enim res est exhæredatio, Imò Resp. cum Thryphonio *ex l. 31. D. depositi*: malè meritis publicè, ut exempto sit aliis ad deterrenda maleficia etiam egestate laborare debet. Et hæc sunt requisita expres

pres

pressæ exhæredationis. Quibus modis autem Tacita committatur exhæredatio nempe per præteritionem &c. explicat Schneideyv. in Commentar. ad Instit. tit. D. Exhæred. libero. §. ult. Nos iis quæ hæctenus de Paterno Testamento per ætatatem & temporis rationem dicere licuit promissi memores annectimus ab hoc argumento non multum recedentes has Theses.

THESIS I.

Pater inter liberos naturales testari non potest, mater vero potest.

THESIS II.

Filius eandem reverentiam debet patri adoptivo, quam debet naturali.

THESIS III.

Pater unicum habens filium rectè testatur, quamvis hæreditatem non in uncias distribuat.

I

THES.

THESIS IV.

Subsistit Testamentum judici extraneo eo etiam in loco, in quo nullam habet jurisdictionem, insinuatum.

THESIS V.

Gerada mortuo marito obærato sine ullo onere debetur uxori viduæ.

THESIS VI.

De bonis utensilibus seu Gerada item & de rebus expeditoriis seu Heergevvetta æs alienum persolvendum non est.

THES: VII.

Numerus septanarius testium non ex superstitione, ut vulgò, sed ex veteri jure desumptus est.

THES: VIII.

Testamentum Patrum per comparationem literarum firmum redditur.

THES:

THES: IX.

Testamentum coram iudice in testatoris domo factum, rectè iudiciale dicitur testamentum.

THES: X.

Clausula Codicillaris in testamento paterno nulla est.

THES: XI.

Quando proximior consanguinitas vel affinitas, tantò magis suspectum est testimonium.

THES: XII.

Hæres se ipsum offerens testatori ad executorem testamenti videtur suspectus, nec valet.

THES: XIII.

Non est de substantia testamenti ut Scriptura aperiatur & ostendatur testibus.

I 2

THES:

THES : XIV.

Inventarium non vitiatur, si quæ res in eo non fuerint descriptæ.

THES : XV.

Parens Inventarii confectionem prohibere non potest.

THES : XVI.

Hæres causam exhæredati volens probare, quam pater non adiecit, admittendus non est.

THES : XVII.

Non dantur plures causæ exhæredationis, quam quas tradit *Nov. 115.* quamvis nonnulli similes admittant.

THES : XVIII.


Posthumus exhæredari non potest, non obstat §. 5. *Instit. de exhæred. liber.*


DEO SIT LAUS & HONOR!

Wittenberg, Diss., 1674-75
X 241 8708

VD 17







1850.

D. A.
Exercitium Juridicum,
De

25 1.

1875 5a

Testamento Pater- no minus solenni,

quod
Consensu Inclyti Jctorum ordinis, in celeberrima
Wittebergensi Academia,

(8 1/2)

SUB PRÆSIDIO
VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Consultissimi, atq;
Excellentissimi*


DN. WERNERI THEODORI MARTINI,

Jcti & Antecessoris Celeberrimi, Serenissimi Electoris
Saxonæ in Supremo Appellationum judicio Consilarii splendidis-
simi, Curia Provincialis, Consistorii Ecclesiastici, Scabinatus & Facultatis
Juridicæ, nec non Judicii Ducalis in Marchionatu Lusatia inferioris
Assessoris Gravissimi, DECANI h. t. spectabilis,
Patroni atq; Promotoris Sui Maximi,

publicè ventilandum exhibet

SAMUEL Zind / Dresdensis.

Ad diem XXVIII. August. Loco horisq; solitis.



WITTEBERGÆ,

Typis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.
ANNO M D C LXX V.

30

